

tertium particularem possessorem, disputant late Fachinæus lib. 5. controversiarum cap. 29 Crassus 6. fideicommissum, dicta quæst. 46. ex num. 4. Tufchus lit. F. conclus. 274. ex num. 5. & conclus. 278. ex num. 11. & Fusarius d. quæst. 611. n. 9. Cancertius var. 1. p. c. 2. num. 53.

Ibi: Item quæro si fideicommissarius decedat, &c.

De hac transmissione fideicommissi dictum est supra, in addit. ad num. 9.

Ex an fideicommissarius possit petere executionem pro debitis hæreditariis, videto Guillel. Benedicum in cap. Raynuntius, verb. Catera bona num. 24. Parladorum lib. 2. quotidianarum, cap. fin. 3. part. 5. n. 10. Pichardum in suis mandationibus, p. 2. ubi de via executiva, §. 1. precepto n. 10. & 11. qui affirmant posse.

Ad num. 15. ibi, In quo articulo resolutivè dico, &c.

Distinctionem nostri Gomezij in presenti sequuntur plures Doctores, ex quibus videas Andream Fachinæum lib. 12. controversiarum, c. 67. ubi latissime putat, & Tufchum lit. F. concl. 277. & Baëgam in tractatu de Decima tutori 4. cap. 28. num. 4. & Costam in cap. si pater, verb. Obliga. 3. parte, ex numer. 47. ubi dissentit à nostro Gomezio distinguente, an coactè, an spontè, adierit hæres; & cum sequitur Matienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. glossa 19. num. 25. ubi agit de omnibus casibus hic positus à nostro Gomezio, & Mantica latissime de conjecturis ultimarum volum. lib. 7. tit. 10. & melius Menochius de arbitrariis, casu 256. qui plures casus distinguit, & omnium latissime Fufarius quæst. 626. Gutierrez, Canoniarum lib. 2. cap. 26. num. 2. Surdus decis. 271. n. 6. & decis. 25. num. 1. & 7. ubi quid in restitutione fideicommissi que fit ipso jure, vel Ecclesiæ, vel minori, Gregorius in l. fin. tit. 11. part. 6. & Mandellus consil. 79. ubi agit de pensionibus annuis, Joannes Garvanus in reg. 221. lit. H. Molina de iustitia tom. 1. disp. 87. & Larica decis. Gravari. 40. num. 7. & 24. & seq.

In primo, & secundo casu ibi: Data negligentia in fideicommissario, & ibi datà negligentia, in hered. &c. Idem docet Matienzo dict. glossa 19. num. 25. vide tamen Barbolam in l. si mora ff. soluto matrimonio, num. 102. & 103. ubi explicat text. in l. mulier. §. si hæres, ff. ad Trebellianum, & vide etiam dictam l. finalem, in 11. part. 6. & ibi Gregorium glossa 5. Menochium dicto casu 256. num. 26. Gutierrez & Surdum supra, Cancertium variarum 1. part. cap. 2. num. 59. Rota apud Farinacium 2. part. decis. 520. num. 8. Tufchum lit. F. conclus. 493. vide Fufar. supra.

Ad eò autem fructus percepti adita hereditate ad gravatum pertinent, ut etiam, Si promittat restituere quidquid ex hereditate testatoris ad eum pervenerit, minime tenebitur ad restitutionem fructuum medio tempore perceptorum, ut cum multis ait Alvarado de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. num. 4. Fusarius d. 9. 626. num. 19. & 20.

In tertio casu, ibi: Si vero expressè testator iussit, &c. Idem tenet Matienzo supra, Menochius dicto casu 256. num. 14. & 18. Tufch. littera F. conclus. 277. num. 36. & seq. & an filius gravatus fideicommissi possit gravari ad fructuum restitutionem præter legitimam, Covarruv. in cap. Raynuntius, §. 11. n. 4. Surdus decis. 21. numer. 10. & eos referens Fachin.

lib. 12. cap. 71. & seq. ubi disputat an ascendentes gravati fideicommissio fructus impudent in legitimam.

In quarto casu ibi: sub conditione vel in diem, &c. Alde Matienzum supra, dicto num. 25. Menochium dicto casu 256. num. 11. Benedicum in cap. Raynuntius, verb. Si absque liberis, el segundo, de Compendiosa substitutione agentem ex num. 12.

Et adde quòd ex fructibus quos ultra quartam percipit hæres, supplet diminutionem rerum fideicommissio subiectarum, ex text. in l. scribit Celsus ff. ad Trebellianum, ut docet Fachinæus lib. 12. controversiarum, cap. 69. ubi disputat quid in filiis vel liberis, Menochius dicto casu 256. numero 20. Arias Pinellus, de rescindenda vendit 2. part. c. 4. num. 63.

In quinto casu ibi: Jam restituit hereditatem saltem verbo, &c. Adde Matienzum supra, Valacum consultatione 34. & 36. num. 3. Molinam de primogeniis, lib. 3. cap. 11. num. 2. ubi dicit, hoc procedere, etiam si major pars anni, ante diem quo fideicommissum cessit, præterita sit, ex leg. Herennius, ff. de usuris, Menochium dict. casu 256. num. 27. Tufch. lit. F. concl. 277. n. 10. Gutierrez, lib. 1. Canoniarum cap. 33. num. 2. ubi reprobatur Avena dandum responso 5. numer. 4. Fusarium dicta quæst. 626. ex num. 46.

In sexto casu ibi: Si sint collecti vivo testatore, &c. Adde Menochium dicto casu 256. num. 3. Matienzo supra, & in l. 7. tit. 11. glossa 12. n. 7. & eleganter Fachinæum lib. 12. controversiarum, cap. 66. contra Parisium & alios, Tufchum conclus. 493. nu. 8. lit. F. Gutierrez, de iustis 3. part. cap. 36. num. 11. ubi quod etiam debeant restitui fructus pendentes tempore restitutionis. Vide etiam Fufar. d. quæst. 626.

Adverte tamen quod falsa videtur doctrina ipsius Matienzi supra dicta glossa 19. numer. 27. quatenus docet homine ex dict. l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopil. fructus omnino pertinere ad fideicommissarium, sicut iure communi contingebat, in casibus in quibus ipso jure contebatur restitutio facta; contrarium enim verum est, eodem modo quo dictum manet, & colligitur ex ijs, que diximus in addit. ad num. 13.

Item adde, quod in casibus quibus fructus pertinent ad heredem iuxta superiores resolutiones, non debet eos compensare cum adificiis & melioramentis, sed horam æstimatio est ei solvenda: ut docet Gutierrez, lib. 3. præf. quæst. 90. num. 6. & 7.

Item adde, quod licet hæres acquirat fructus in dictis casibus, non tamen acquirat partus ancillarum, ut advertit Baëza in tractatu de decima tutoris, cap. 23. num. 5. nisi sit rogatus restituere, deductis redditibus, ut docet Gutierrez, de iustis, 3. part. cap. 30. n. 3. de hoc tamen vide Anayam lib. 3. observationum, cap. 1. §. 1. maxime ex n. 43. Carrançam de partu legitimo & naturalis, cap. 3. §. 2. ex num. 46. cum multis sequentibus, ubi materiam hujus numeri bene explicat, & de partu acquisitione optime dissentit.

Reliqua de hac questione fructuum acquirendorum per fideicommissarium, vel gravatum vide apud citatos Doctores s. initio hujus numeri, Maxime apud Fusarium, Mantica, Menoch. & Tufchum.

Ad num. 16. ibi: Et resolutivè dico, &c. Et ibi hædie tamen, &c.

Antiquo jure hunc heredem ita gravatum bona fide, & seculo dolo alienare potuissit, Hodie autem Quartam reservare debere fideicommissario, explicat Gomezius. Docet Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 188. latè ubi tres casus constituit. Primum, quando testator heredem gravavit simpliciter onere fideicommissi, & tunc nihil alienare poterit. Secundum, quando testator liberam alienandi facultatem concessit gravato, & tunc omnia alienare poterit. Tertium, quando heredem gravavit restituere quod supererit, & hoc sanè casu Quartam debere reservare fideicommissario asserit, & tandem per totam præsumptionem limitat, & declarat; & idem facit consilio 216. numer. 26. lib. 3. Surdus decis. 272. num. 7. & 37. Parisius consilio 27. num. 68. & sequent. vol. 3. Fachinæus lib. 5. controversiarum cap. 53. Mantica de conjectur. ultimarum volum. lib. 10. tit. 4. num. 21. & lib. 7. tit. 6. num. 19. Antonius Gabriel, communium opinionum, tit. de Trebellianica, conclusio. 13. Tufchus lit. F. conclus. 231. & omnium latissime Fusarius in tract. de fideicommissis, quæst. 545. per totam, ubi plurimos refert, & materiam fullestimè declarat, vide etiam Surdum, in tractatu de alimentis tit. 4. quæst. 9. num. 25. Molina de iustitia tom. 1. disp. 188. ex num. 21. & novissimè Noguerol. alleg. 14. ex num. 10.

Vetustul. Item adde quod in prædicto casu, &c. Et ibi, sed contrarium & melius, &c.

Quòd si gravatus nihil alienavit, nihilominus Quartam Trebellianicam poterit retinere, ut tenent multi relati à Fufar. dicta quæst. 545. ex numero 39. cum vide.

Adde ex communi sententia quam refert Menochius dicta præsumptione 188. num. 17. quod hæc facultas que datur hæredi gravato in residuo disponendi in dodrante, intelligitur inter vivos, secus autem in ultima voluntate, eum vide, & Mantica qui contrarium tenet, de conjecturis ultimarum voluntatum lib. 7. tit. 6. numero 19. & Surdum decis. 272. numer. 7. & 37. & Fusarium dicta quæst. 545. numer. 41. qui sententiam Menochij sequitur, & declarat, & pro utraque parte plurimos Doctores refert, & tandem num. 48. docet, quod si facta sit alienatio etiam de Quarta, ex substantia hæredis erit supplenda, si adint bona; aliàs in subsidium agetur contra tertios possessores.

Ad n. 15. ibi, Magistratior dico quòd si hæres, &c.

Bona acquisita ex substitutione pupillari comprehenduntur in fideicommissio, adeunte hæredè coactè, non verò si spontè, cum subdistingtione à nostro Gomezio tradita latius explicans tenet Mantica de conjecturis ultimarum volum. lib. 7. tit. 6. ex numer. 14. & ibi num. 7. probat, esse restituendum quod hæres habuit ex vulgari substitutione, & quid in acquisitis ex substitutione compendiosa ibi numer. 16. & remissivè Gregor. in l. finali, tit. 5. part. 6. verb. la herencia ad medium: Alvarado de conjecturata mente defuncti lib. 1. cap. 2. §. 1. ex numer. 8. & in parte Cardinalis Tufchus lit. F. conclus. 259. ex num. 1. Non desunt tamen qui contrariam partem tueantur, imò indistinctè pupilli bona non esse restituenda, ut sunt Corrales in l. eum virum, Cod. de fideicommissis. num. 85. & Padilla ibidem, numer. 33. quorum argumentis satisfacere conatur Alvarado supra, versiculo. Sed licet hi gravissimi viri, sed circa hanc questionem videto Menochium, lib. 4. præsumptione 74. per totam, ubi octo casus distinguit, & bene explicat: Larream Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. I.

decis. Granat. 40. num. 27. Cancertium variarum 1. parte cap. 1. & num. 31. & 33. & Fusarium de fideicommissis, quæst. 555. per totam, ubi num. 20. quærit an pupillariter substitutus fideicommissio gravatus detrahat legitimam, & Trebellianicam? vide eum ibi: & quæst. 653. ubi quod restitui debeant fideicommissario quæ obveniunt ex vulgari substitutione, & in multis quæst. antecedentibus, & sequ. agit legitime de omnibus quæ sunt restituenda, vel non fideicommissario, post Mantica de conjecturis ultimarum volum. dicto tit. 6. & seq. videatur idem Menochius præsumpt. 193. 195. 196. & 197. Castillo, lib. 4. cap. 35. & Salgado in labyrintho, parte 2. cap. 19. numer. 38. Larrea decis. 40. num. 7. 24. & seqq.

Ad num. 18. ibi. In quo breviter, & resolutivè 20 dico, &c.

Hæres quando teneatur, vel non, restituere in simul prælegata, & meliorationem distinguit, ut vides, noher Gomezius in presenti; & eandem ferè distinctionem asserunt Gregorius Lopez in l. ultima, verb. La herencia, tit. 5. part. 6. Castillo in l. 27. Tauri, num. 17. Matienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. gloss. 19. n. 28. qui in aliquibus dissentit, Gratianus in reg. 215. Surdus decis. 269. num. 8. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum lib. 7. tit. 7. ubi aliquas conjecturas congerit pro utraque parte ex quibus debeant, vel non restitui prælegata; & latissime Menochius lib. 4. præsumpt. 194. per totam, Suarez in leg. quoniam in prioribus, in declaratione l. Regni, qu. 7. per totam, Padilla in l. cum virum, Cod. de fideicommissis, ex numer. 4. Molina de primog. lib. 2. cap. 10. numero 73. Bernard. Diaz, in regula 314. apud quos plures ampliationes, & declarationes reperies, quia mei instituti non est eas transcribere, & præter eos vide Fusarium omnia cumulantem per centum, & triginta numeros in quæstion. 650. ubi ad saturitatem materiam videbis; & per Tufchum lit. P. conclus. 513. & Angulo de meliorationibus, l. 1. glossa 1. num. 17. & sequent. & Morquecho de divisione honorum lib. 3. cap. 4. num. 5. & lib. 3. cap. 2. num. 39. ubi quod prælegatum dotis non venit in fideicommissi restitutione: ut cum pluribus docet Fusarius supra, num. 34. cum vide, & Merlin. de legitima, lib. 2. tit. 2. quæst. 2. latè.

Ibi: Si verò testator simpliciter, &c.

Distinctio hoc versiculo tradita, an scilicet præcesserit prælegatum, an fideicommissum, expanditur à Mantica dicto tit. 7. num. 3. & sequent. & à Fachinæo lib. 5. controversiarum, cap. 16. qui etiam addit, quid si testator Titio, & Caio prælegata dedit, & postea in omnibus aliis bonis eos hæredes instituit, & si absque liberis decesserit, Sempronium eis per fideicommissum substituit, an eventiente conditione substitutus etiam prælegata petere possit? & negativè resolvit contra Menoch. l. 4. præsumpt. 194. num. 6. Mazarium de fideicommissis, quæst. 3. & alios, de quo videndi sunt Mantica de conjecturis ultimarum volum. lib. 7. tit. 7. num. 7. Menoch. dict. præsumpt. 194. num. 6. & 7. & alii quos allegat ipse Fach. lib. 13. c. 65. & Fusarius supra qui num. 109. & sequent. opinionem nostri Gomezii in hoc versiculo comprobant, nempe prælegatum factum post fideicommissum, in eo non comprehenditur, plures referens quod etiam facit Merlin. supr. num. 10.

Quid si filius iustus esset à patre restituere quidquid ex hereditate patris ad eum pervenerit, an restituere teneatur prælegatum? vide Alvaradum de conject. mente defuncti lib. 2. c. 3. n. 35. Q. Ad

21 Ad numerum 19. Et breviter, & resolutivè dico quòd sic, &c.

Partem, quam hæres gravatus acquisivit ex jure accrescendi, debere restitui fideicommissario, vulgare est: quia per textum in l. si totam, ff. de acquirenda hereditate: si aliquis hæres gravatus restituere partem suam, eam restituat, & postea deficiat alia portio coheredis, illa potius accrescit fideicommissario quàm heredi gravato; ut docent Gregorius Lopez in l. finali, unil. 5. part. 6. gloss. 9. versic. Quid autem de eo, Spino in speculo testam. gloss. 27. n. 66. & seqq. Matienzo in l. titul. 4. gloss. 19. numer. 29. libro 5. Recopilationis. Gurtierrez. in leg. unica, Cod. quando non petentium partes, ex n. 64. Oualdus ad Donnellum lib. 7. cap. 26. in notatis lit. A. & plures referens Fularius in tractatu de fideicommissis quæstion. 65. n. 1. ubi numeris sequentibus probat hoc non habere locum, si quis instituat in certa, & ei postea accrescat cætera bona, tunc enim gravamen fideicommissi impositum tali instituto, non extenditur ad cætera bona, licet alii teneant contrarium, vide cum: item Molina de justit. rom. 1. disp. 188. nu. 1. & alij. Sed licet ista resolutio ita communis sit, & à gravissimis viris sine scrupulo admittitur. Cujacius tamen lib. 1. 2. observationum. 6. 12. & Faber de erroribus pragm. 2. part. decade 50. errore 4. & novissimè Pichardus in §. restituta, Instit. de fideicommissariis hereditatibus. num. 8. & in relatione tituli, ff. de acquirenda hereditate, cap. 19. ex num. 49. docent eleganter non fideicommissario portionem deficientem pertinere, & accrescere, sed heredi qui sponte adivit, (secus si coadè) eos vide, quia subtilissimè, & ex bene fundata Jurisprudencia materiam prosequuntur, maxime Pichardus ubi nu. 15. explicat text. in l. si totam, ff. de acquirenda hereditate, & num. 51. text. in l. Papinianus 13. ff. ad Trebellianum, & num. 57. text. in l. si Titio 33. §. 1. ff. de usufructu, in quibus contraria opinio fundabatur, & sanè utriusque opinionis rationibus confiteratis, hæc mihi magis placet; vide etiam Cancercium variar. 3. part. cap. 22. num. 83. & seq. ubi declarat num. 187. omnino.

21 Ad numerum 20. ibi: Et resolutivè dico, &c.

Pro distinctione hinc adducta à nostro Gomezio, an scilicet coheredes vocentur per nomina propria, vel appellativa, ut primo casu viriliter, vel equaliter, in secundo verò pro portionibus hereditariis censentur vocati, vide Mantiam de conjecturis ultim. volum. lib. 5. tit. 1. num. 20. & seq. & tit. 10. per totum, Corrasium in l. ultim. Cod. impuberum, & aliis substitutionibus num. 6. Menochium lib. 4. presump. 16. & 18. num. 6. Malcardum de probationibus, lit. S. conclus. 1351. per totam, maxime ex num. 16. ubi limitat, & declarat latè Fularius de substitutione fideicommissaria, quæst. 477 & 478. ubi ampliat, limitat; & declarat voto more, & etiam quæst. 12. ubi explicat & declarat illam conclusionem, nempe quòd substitutio declaratur ex institutione, ita ut prædictus in ista, dicatur prædictus in illa, Pichard. in §. & si ex disparibus, Instit. de vulgaribus substitutione, per totum, quem videas.

Eadem distinctio adhibetur quoad hæreses gravatos, nempe ut intelligatur pro portionibus hereditariis, vel viriliter, ut dictum est; ita Mantica de conject. ult. volum. lib. 8. tit. 1. num. 5. & ferè omnes supra allegati.

23 Ad numerum 21. ibi: In quo magistratiter, &c.

De substitutione vulgari facta pluribus, jam remanet dictum supra, cap. 3. in additione ad num. 35. ubi etiam de pupillari substitutione pluribus facta, de qua præter ibi allegatos vid. Menochium lib. 4. presump. 186. Menchacum de successione progressiva, §. 25. Peregrinum de fideicommissis, art. 13. & plures referentem Fularium tract. de pupillari substitutione, quæst. 162. ubi ampliat limitat, & declarat, & vide Cancercium 3. p. cap. 22. ex num. 136.

Ibi: Si verò loquimur in substitutione fideicommissaria, &c.

Fideicommissariam substitutionem factam pluribus separatim, & particulariter, vel etiam simpliciter, genericè & absolute, ut in exemplis per nostrum Gomezium adductis, verificari in quolibet eorum, & dari locum fideicommissario, docent, & probant, Corrasius in l. penult. n. 18. Cod. de impuberum, & alij: Mantica de conject. ultim. volum. lib. 11. titul. 5. num. 1. & 2. & 17. Menoch. de presumptionibus. lib. 4. presump. 186. ex num. 1. quem commendo, quia optimè materiam explicat, distinguendo plures casus, & formulas, & numero 12. & seq. ubi late declarat casum substitutionis factæ pluribus simpliciter seu indefinitè, Tuschus conclus. 835. numero 76. & quasi per totam, Fularius, de fideicommissis, quæst. 473. latè & Cancercium in 3. part. dicto cap. 21. num. 146. ubi limitat, præterquam si instituti essent valde conjuncti testator.

Ibi, Quod tamen limita, & intellige quando talis substitutio fideicommissaria sit inter extraneos, &c.

Adde Corrasium in dicta l. penultima, C. de impuberum, & aliis, numero 18. Coltam in cap. si pater, verb. Si utrumque, num. 4. Mantiam de conjecturis ultim. volum. dicto tit. 5. numero 18. ubi num. 19. 21. & 22. declarat quæ sint personæ quæ ex præsumpta testatoris voluntate possint excludere substitutum, & Menoch. dicta presump. 186. ex num. 18. & 19. & seq. Tusch. dicta conclus. 835. num. 21. cum seq. & num. 66. lit. S. & num. 84. & seq. ubi declarat, & Fularium supra, dicta quæst. 473. ex num. 30. latissimè, & Cancerc. supra.

Ibi: Si verò substituat copulativè, vel conjunctivè.

Et ibi: Tunc similiter sufficit, &c.

In hac parte contra nostrum Gomezium, imò in substitutione facta copulativè requiri verificari in omnibus casum fideicommissi, tenent multi relati, & secuti à Mantica dicto tit. 5. num. 29. ubi explicat text. in l. hæredes mei, §. cum ita, & plures etiam referunt Antonius Gabriel tit. de substitutionibus, conclus. 1. & conclus. 3. Tusch. lit. S. conclus. 835. num. 76. qui multos casus distinguit per totam conclusionem, ubi latè videas, Menoch. dicta presump. 186. lib. 4. ex num. 29. & 43. quidquid aliud dicat Covarruv. in cap. Rayn. §. 8. n. 4. & vide etiam Fularium dicta quæst. 473. ex num. 105. ubi duas communes contrarias refert, & resolvit quod hæc substitutio copulativè facta pluribus extraneis non resolvitur in singularitates; & ex n. 83. probat quod maiori ratione non resolvitur in singularitates si facta fuerit pluribus liberis; eum vide, & Gratian. discept. cap. 468. num. 74. ubi idem tenet.

Ibi: Quid verò si testator substituit in tota hereditate, &c.

Etiã in hoc casu contrarium docet Mantica supra,

supra, imò sufficere quòd substitutio fiat post mortem omnium, vel in tota hereditate, ad hoc ut substitutas non admittatur aliquo existente, & idem tenent plures relati per Antonium Gabrielem, tit. de substitutionibus, conclus. 1. num. 19. & per Menochium dicta presump. 186. num. 24. & per Fularium plurimos etiam referentem in dicta quæst. 473. ex n. 61. ubi duas communes etiam contrarias opiniones refert; & tandem contrariam nostro Gomezio comprobat, cum videas per totam quæstionem, ubi optimè materiam resolvit, ut solet; & 9. 42. antecedenti, ubi etiam latissimè differt, an inter plures honoratos, quibus est datus substitutus, inducatur reciproca substitutio, de quo statim.

24 Ad num. 21. ibi, an isti heredes vel legatarij videantur inter se tacite substituti, &c.

Hæc quæstio connexa est præcedenti, & juxta eam resolvitur debet; ad casus explicationem videntur sunt Antonius Gabriel in titul. de substitutionibus conclus. 1. per totam, Covarruv. in cap. Rayn. §. 8. Fachinus, lib. 4. controvers. c. 80. & duobus sequentibus, & lib. 12. cap. 39. Menchaca de successione progressiva, §. 25. tit. de subsidiaria substitutione, & melius Mantica de conject. ultim. volum. lib. 7. tit. 5. per totum, ubi rem optimè explicat secundum doctrinam numero antecedenti secutam Menochius lib. 4. presump. 62. per totam, latissimè: Tuschus litera S. conclus. 828. per totam, & conclus. 837. Mandellus consil. 31. & 32. latissimè Fularius de fideicommissis, quæstion. 452. ubi omnes casus, & distinctiones congerit, & Pichard. in §. vel singulis, Instit. de pupillari substitutione, apud quos explicationem text. in leg. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legatis 2. invenies; vide aliqua per Noguero. allegacione 37. ex num. 31.

25 Ad num. 23. ibi, regulariter institutio directa, & universalis tacita vel presump. non valet, nec habet effectum, &c.

Adde Coltam in leg. Gallus, §. & quid sit tantum, num. 21. Covarruv. in cap. cum tibi, de testamentis, numero 4. & seqq. Menchaca de successione creatione, §. 18. requisito 24. n. 60. Mantica de conjecturis ultimar. volum. lib. 4. tit. 1. per totum, ubi n. 12. disputat an ex substitutione intelligatur facta tacita institutio, & alia; & an ex formula Galli Aquilij, de qua in l. Gallus, inducatur facta tacita institutio, vide plures quos refert Menochius, lib. 4. presump. 19. num. 1. ubi num. 6. & 7. alias duas contrarias opiniones refert; & tandem num. 9. & sequent. aliquos casus adducit, ubi sola conjectura sufficere ad inducendam hæredis institutionem; illum vide, quia optimè loquitur, & eum sequitur Dop. Joanni. del Castillo lib. 4. controversiarum cap. 15. num. 62. Et vide etiam quæ diximus supra, cap. 3. in additione ad num. 23. versic. An autem, &c.

Ibi: Ex quibus inferitur, quod idem erit in substitutione vulgari, vel pupillari, &c.

Eodem ferè modo, ac præcedens explicatur hæc quæstio per Menochium dicto libro 4. presump. tit. 4. ubi numero 3. plures Doctores refert pro opinione nostri Gomezij, & tandem remanet cum tertia opinione, quam etiam comprobat D. Joanni. del Castillo dicto cap. 15. num. 66. & 67. nempe quòd si conjectura ad inducendam substitutionem directam fumantur ex eis quæ in testamento fuerint expressa, tunc sufficiant; sin autem conjecturae fumantur ex Ant. Gomezii Variar Resol. Tom. I.

trinfecis, ex ijs quæ non apparent in testamento, non sufficiant. Et de hoc vide etiam Rotam apud Farinacium, 1. part. decif. 363. & latius ipsum Menochium presump. 34. ubi plures conjecturas congerit, ex quibus inducitur substitutio pupillaris, & latissimè Fularius, 1. part. quæst. 5.

Ad numerum 24. ibi, Primus est in l. 3. C. 126 de inofficioso testamento, &c.

Pro intelligentia & declaratione hujus text. & explicatione hujus primi casus vide Coltam in l. Gallus, §. & quid sit tantum, 1. part. ex num. 48. Menchacum in repetit. dicta legis 3. latissimè, Mantiam de conjecturis ultimarum volum. lib. 4. titul. 2. numer. 5. Menochium de adipiscend. remedio 4. ex numero 88. & melius presump. 26. lib. 4. numero 20. Alvaradum de conjecturata mente defuncti, lib. 4. cap. 1. numer. 7. & laudat Gomezium in presenti, Suarez receptorum sententiarum, verbo, hæredis institutio, Barbola in collect. ad hunc text.

Ibi, Tertio intellige & declara, &c. Adde Coltam, Menchacum, & Menochium, supra, allegatos.

Ibi: Ex quibus potest inferri ad notabilem quæstionem, &c.

Et ibi: Et reperio quòd Glossa singularis, &c.

Puto istam opinionem Glossæ, & communiorum, & veriorum esse contra nostrum Gomezium, ut videre est ex adductis à Peralta in rubrica de heredibus instituentis, num. 173. quem refert, & sequitur Alvarado de conject. mente defuncti, lib. 4. cap. 1. numer. 7. & latius per Menochium, de presumptionibus, lib. 4. presump. 26. ex n. 19. usque ad 33. & Mantiam de conject. ultim. volum. lib. 4. tit. 2.

Ibi: Secundus est casus in l. si ita scriptum, ff. de liberis, & posthumis, &c.

Adde pro intelligentia hujus text. & declaratione secundi casus Peraltam in rubrica, ff. de heredibus instituentis, num. 176. Sarmentum selectarum interpretationum, in lectura ad hunc textum, Alvaradum de conjecturata mente defuncti, lib. 4. numer. 18. Cevallos quæstion. 828. num. 190.

Ibi: Tertius est casus in l. final. C. de posthumis heredibus instituentis, &c.

Vide ad explanationem, & exornationem hujus text. 1. Menochium lib. 4. presump. 26. num. 4. & 5. & latissimè Berengarium in repetitione quam fecit ad eum, Coltam in §. & quid sit tantum, 5. part. numer. 96. Cevallos quæst. 331. tom. 1. Pichardum in repetitione tit. ff. de substitutionibus, cap. 7. num. 51.

Ibi: Sextus est casus in l. final. ff. de heredibus instituentis, &c.

Pro declaratione hujus text. & explicatione ejus decisionis, vide etiam textum, in leg. 21. titul. 1. partia 6. & ibi Gregorium, Pichardum in §. posteriore, Instit. quibus modis testamentum infirmetur, ex numer. 12. Azevedum in lege 1. titul. 4. lib. 5. Recopilationis, num. 105. Spino in speculo testamentor. gloss. 30. num. 26. Castillo in lege 21. Tauri, verb. Tercio, 7. quinto, Mantiam de conjecturis ultimarum voluminarum, lib. 11. tit. 2. numer. 21. Alvaradum de conjectura a mente defuncti, lib. 2. cap. 3. ex num. 40. & lib. 4. cap. 4. num. 9. & seq. Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 47. & de usufructu, cap. 62. n. 7. Menochium lib. 6. presump. 2. Tiraquel. in tractatu, cessante causâ, lit. 1. ex num. 66.

Ibi: *Substitutio tamen obliqua fideicommissaria, &c.*

Ex præsumpta mente defuncti induci fideicommissarium substitutionem, ut hic resolvitur, probant latissime Corraus in leg. cum virum, Cod. de fideicommissis, numero 11. Gregorius in leg. 14. titul. 5. partia 6. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 7. titul. 3. numero 2. & latius libro 8. titul. 1. ex numer. 18. ubi plures conjecturas congerit, Crassus §. fideicommissum quest. 4. num. 5. & 6. Valascus consultatio 82. num. 2. Mascardus de probationibus, conclusione 774. litera F. & conclusione 775. per totam, Peralta in leg. si quis in principio testamenti, num. 145. & sequentibus ff. de legatis 3. Surdus decis. 84. & 238. Tufchus lit. F. conclusio. 260. latissime, & litera S. conclusio. 789. Rota apud Farinacium 1. parte, decis. 266. & decisio. 125. 445. & 486. num. 28. & decisio. 10. 11. 44. & alij, Molina de primogeniis, libro 1. cap. 1. num. 7. & leg. & cap. 4. num. 19. & cap. 5. num. 21. & cap. 17. num. 25. Cancercius variarum 1. part. cap. 2. num. 109. ubi de hærede instituto, donec vixerit: Menochius de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 67. ex num. 8. ubi latè disputat quales debeat esse conjectura, ex quibus tacita fideicommissaria inducitur, & præsumptione 68. ubi plures conjecturas enumerat, Lara de Annoverfariis lib. 1. cap. 4. n. 14. & seq. & plures more suo referens D. Joannes del Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 8. ex num. 9. ubi ex num. 18. agit eandem questionem in Majoratu, & iterum de eadem materia agit, cap. 9. per totum, bene explicans. Et quod ex prohibitione alienationis extra familiam inducatur fideicommissum, probat Farinacius, como 1. question. 25. titul. 3. numer. 33. & sequentibus. præter supra allegatos, & Fachinarus lib. 10. cap. 19. & lib. 4. cap. 49. de quo videndus est Cevallos quest. 725. per totam, ubi latissime, & Rota apud Farinacium 1. part. decisio. 143. Mandellus consil. 54. & ferè infinitos referens Fusarius de fideicommissis, quest. 276. 277. & 278. ubi an tacitum fideicommissum possit inducere aliud tacitum? Et an verbis enunciatis fideicommissa induci possint? idem Fusarius quest. 275. ubi ex communi docet quod sic; Cancercius 1. part. cap. 1. numer. 202. & idem tenet Burgos de Paz consilio 44. numer. 10. & circa principalem resolutionem hujus numeri vide Olualdum ad Donellum lib. 8. cap. 3. in notatis litera B.

Ibi: *Advertendum tamen, &c.*

Et ibi: *Quod tamen intellige, &c.*

Eundem numerum testium requiri in probanda voluntate conjecturata testatoris, vel in probandis conjecturis, ex quibus colligitur tacita mens ejus, ac in probanda voluntate expressa, docent Mascardus de probationibus, conclus. 406. ex num. 4. Burgos de Paz in leg. 3. Tauri, 1. part. num. 806. & 813. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 11. titul. 12. numer. 10. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 1. cap. 3. num. 3. & 7. qui omnes, & ipse Mantica lib. 3. titul. 1. num. 12. & lib. 5. titul. 14. num. 12. Molina de primogeniis, lib. 1. cap. 5. numer. 40. Azevedus leg. 1. titul. 4. lib. 5. Recopil. num. 66. & sequent. & alij plures relati, & secuti per Dom. Joannem del Castillo dicto lib. 4. cap. 19. quasi per totum, maxime numero 24. & 28. docent in

probanda declaratione dispositionis duos testes sufficere, licet in probanda ipsa voluntate conjecturata (ut dictum manet) aliud sit: videatur ipse Castillo ibidem, & cap. sequenti, ubi ad fatiditatem materiam prosequitur; & ibi etiam agit de probandis qualitatibus, & circumstantiis extrinsecis latissime: & vide Fusarium de fideicommissis, quest. 276. numero 10. & de pupillari quest. 157. num. 15. ubi alios refert.

Ibi: *Confirmatur prædicta sententia, &c.*

Adde pro exornatione hujus versiculi, Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 3. tit. 3. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 1. cap. 1. num. 9. & 10. Pelaez de majoratibus, initio secundæ partis, ex num. 2. usque ad 8. Tufchum litera T. conclus. 287. & alios ferè infinitos, quos congerit Castillo libro 4. controversiarum cap. 8. & 9. per totum, ubi de materia text. in leg. in conditionibus, ff. de conditionibus, & demonstracionibus.

Ibi: *Primo infero, &c.*

Hæ illationes optimè poterunt exornari ex Doctoribus allegatis supra, ad versiculum *Substitutio tamen obliqua, &c.*

Ibi: *Decimo octavo infero, &c.*

Non possum non mirari virum alioquin doctissimum Suarez insurgere in præfenti contra nostrum Gomezium in suis annotationibus, litera N. quatenus docet, ex tacita mente defuncti filios positos in conditione censei vocatos; cum hoc sit verissimum in pluribus casibus remissive positus supra, capite 3. in additione ad numer. 23. licet regula sit, Positum in conditione non censei positum in dispositione: solum igitur dicit noster Gomezius in præfenti, quod in illis casibus, in quibus filius positus in conditione censei vocatus, hoc contingit ex tacita mente defuncti, & hoc certum est.

Ad numerum 25. ibi: *Sed, his non obstantibus, &c.*

Filiam institutam in re certa cum alij filij universaliter sint instituti, non admitti ad substitutionem factam inter ipsos, cum loco legatarie habeatur, notissimum est, & sufficienter comprobatur ex iis quæ diximus supra, cap. 2. in additione numeri 16. ubi de hærede instituto in re certa sermonem habuimus. Et adde Mieres de majoratibus, 2. part. quest. 6. num. 21. & seqq. Menochium lib. 4. præsumptione 6. numer. 11. & sequent. ubi limitat, & declarat Crassum, §. substitutio, questione 55. num. 9. Paulum Leonium de reciproca num. 97. Intrigliolum de substitutione centuria 2. quest. 77. & Fusarium plures more suo referentem, de substitutione reciproca, quest. 261. per totam, ubi etiam limitat & declarat, quem omnino videas.

Ad numerum 26. In quo articulo resolutivo dico &c.

Conditionale esse fideicommissum alicui relictum in tempus certæ ætatis, ideoque non transmitti, ut docet noster Gomezius, in comperto est: ut constat ex pluribus relatis per Menochium, lib. 4. præsumptione 201. ex num. 42. & Gregorius Lopez in leg. 31. titul. 9. part. 6. glossa 2. & D. Joannes del Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 56. quasi per totum, maxime ex numero 70. & Fusarius in tractatu de fideicommissis, quest. 270. in ordine, ubi limitat, & declarat; & vide Molinam de justitia, tom. 1. disput. 189. ex num. 9.

Ibi: *Quod primo limita, &c.*

Hanc limitationem explicat optimè Menochius dicta præsumptione 201. numero 46. ubi etiam declarat quid dicendum, quando est dubium, an dies sit appositæ dispositioni, an executioni; & quid si dixit, *Relinquo Titio cum ad trigessimum annum pervenerit*, cum vide, & Cevallos, quest. 758. numero 39. & 40. & melius Castillo dicto cap. 56. num. 71. versicul. *Declaratur autem, usque ad num. 80.* ubi latissime questionem prosequitur, & reprobat ipsum Cevallos in aliquibus, & ibi num. 47. agit ipse Menochius quid quando dies certæ ætatis adjecta est ad ipsius fideicommissi extinctionem, de quo etiam Gregorius dicta gloss. 2. vide etiam pro hac prima limitatione, Fusarium dicta quest. 270. num. 4.

Ibi: *Secundo limita, &c.*

Comprobat hanc limitationem Menochius cum aliis pluribus quos refert dicta præsumptio 201. num. 45. contra alios ibi relatos: eam etiam sequitur Fusarius supra num. 7. cum Crasso in §. fideicommissum, quest. 20. num. 3.

Ibi: *Tertio limita, &c.*

Hanc etiam limitationem sequitur ipse Fusarius ibidem num. 6. referens Crassum dicta quest. 20. num. 2. contrarium tamen tenent plures Doctores quos refert Menochius dicta præsumptio. 20. numer. 43. & Gregorius in dicta 31. gloss. 2. & cum eis transire videtur Castillo dicto lib. 4. cap. 56. numer. 71. versicul. *Tertius casus est, in fine, quem vide, quia optimè materiam prosequitur, ubi etiam agit de die incerta, an, vel quando, & an, & quando, & de conditionali fideicommissio, & derelicto post mortem hæredis, vel alterius. Quod etiam optimè pertractat Barbosa in leg. si constante, §. 1. ex num. 15. ff. soluto matrimonio.*

Ibi: *adde tamen, &c.*

Vide de hoc & de interpretatione text. in lege quibus diebus, §. quidam Titio, Covarruvias in 4. Decretalium, 2. part. cap. 4. §. 1. num. 10. Castillo dicto cap. 56. libro 4. numer. 68. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 3. titul. 16. num. 14. Osuald. ad Donel. lib. 15. cap. 11. in notat. lit. B. Joan. Grat. regula 45. num. 1. Costam lib. 1. selectarum, cap. 24. Barbosa leg. si constante, §. 1. numero 16. ff. soluto matrimonio.

Ibi: *Item quero, &c.*

Diximus jam de hac questione in additione ad num. 16.

Ad numerum 27. ibi: *Et resolutivo dico quod valet, &c.*

Gravamen restitutionis impositum hæredi, cum vellet, firmum esse, & effectum sortiri post mortem ipsius hæredis, ut hic resolvitur; docent Menochius lib. 4. præsumptio. 90. ubi num. 4. notat diversum esse in contractibus, & iudicis sententia, & latius in celebri tractatu de Arbitrariis, quest. 69. Donellus lib. 8. commentariorum, cap. 15. & ibi Osualdus in notatis, lit. O. Sarmiento lib. 2. selectarum, cap. 6. num. 22. Covarruvias in cap. cum tibi, de testamentis, num. 9. verbe, *Fieri etiam legatum ira potest*, Gregorius in leg. 30. titul. 9. partia 6. glossa 3. ubi dicit per illam legem videri probari, quod si hæres gravatus declaravit se nolle dare legatum, tunc nec ipse, nec hæres ejus teneatur; quod tamen in fine cogitandum relinquit: qui omnes, & Barbosa in lege 2. §. final. ff. soluto matrimonio, numer. 1. agunt etiam de fideicommissio sub conditione: nisi hæres voluerit,

secundum text. in l. fideicommissa, §. sic fideicommissum, ff. de legatis 3. cum vide, & Costam in leg. qui duos, §. cum bello, versic. *Patrem prius mortuum*, num. 4. & sequent. & lib. 1. selectarum, cap. 24. & lib. 2. cap. 25. Morlam in empirio, titul. 9. quest. 9. num. 13. Ad numerum 28. ibi, *Et resolutivo respondeo, &c.*

Laudat resolutionem nostri Gomezij in præfenti Matienzo in lege 1. titul. 4. lib. 5. Recopilation. gloss. 17. num. 13. & vide Narbonam de arate, anno 25. quest. 1. ex num. 15. & 17.

Et adde, quod ætas legitima debet intelligi naturalis & vera, non verò ficta, quæ beneficium Principis conceditur, vel dispensata, ut ex leg. final. Cod. de his qui veniant ætatis imperaverant, tradunt Alexander consilio 2. lib. 1. Menochius cons. 160. numer. 31. Cardinalis Tufchus lit. V. conclus. 91. & alij plures relati à Barbosa in tract. de appellativa verborum significatione, appellatione 10. & novissimè Narbona supra.

Ad num. 29. ibi: *Sed non obstantibus, &c.*

Jus patronatus non transire in fideicommissarium, sed remanere apud hæredem, ut hic resolvitur, defendunt Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 7. titul. 6. num. 20. Fachinarus, lib. 10. controversiarum, cap. 94. & lib. 13. cap. 64. & 90. Costa in cap. si pater, 2. parte, verbo, *Trebellianica*, ex numer. 4. Covarruvias in cap. Raynuius, §. 9. num. 8. Cevallos quest. 717. Crassus §. fideicommissum, question. 52. & 53. Didacus Perez leg. 1. tit. 6. lib. 1. Ordinamenti, Pichardus in §. restituenda, Institut. de fideicommissariis hereditariis, numer. 20. & alij plures relati, & sequuti per Barbosam in collectaneis ad Decretal. in cap. 1. num. 10. & 11. de jure patronatus, Parladorius lib. 3. quotidianarum, differentia 66. §. 2. num. 6. ubi quod jus sepulchri non transit ad fideicommissarium; quod etiam docent supra relati; Molina de justitia, como 1. disputat. 188. num. fin. ubi num. 6. probat etiam quod jus sepulchri non transeat. Et omnium latissime Fusarius de fideicommissis, quest. 614. ubi num. 11. cum multis docet, quod jus patronatus libertorum transit in fideicommissarium, non autem jus patronatus Ecclesiasticum, alios quæ plurimos referens pro hac secunda parte; & quest. 219. ubi ait, quod jura sepulchrorum non transeunt in fideicommissarium, licet transeant in substitutum directum, vel per militarem.

De feudo autem, vel emphyteusi, an transeant in fideicommissarium? videndi sunt Clarus in §. feudum, quest. 9. & 31. & question. 85. & in §. emphyteusis, quest. 28. Valascus de jure emphyteutico, quest. 48. num. 8. & quasi per totam, Padilla in leg. cum virum, Codic. de fideicommissis, ex numero 55. & cum eis latè Menochius de præsumptio. lib. 4. præsumptio. 197. ex numero 6. & Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 7. titul. 9. per totum, Fusarius de fideicommissis, question. 630. & 631. quem videas questionibus antecessentibus, & subsequentibus, ubi latè agit de omnibus, quæ transeunt, vel non, in fideicommissarium.

Ad num. 30. ibi, *In quo articulo breviter respondeo, &c.*

Laudat resolutionem & distinctionem nostri Gomezij in præfenti, Pichardus in §. restituenda, Institut. de fideicommissariis hereditariis referens

ferens latius agentem materiam Menochium de adipiscenda poss. remedio 4. ex numero 166. usque ad numer. 200. quem maxime commendo; & præter eos videndi sunt Gregorius Lopez in l. 2. tit. 14. partia 6. gloss. 1. Tufchus lit. L. conclus. 288. numero 24. Rota apud Farinacium, 2. part. decis. 176. num. 2. Azevedus in l. 3. tit. 13. lib. 4. Recopil. num. 13. iterum Rota apud eundem Farinacium, 1. part. decis. 237. ubi dicit quod sufficit fideicommissario probare possessionem tempore mortis hæredis gravati & decis. 131. numero 1. Parladourus lib. 2. quotidianarum, cap. final. 1. part. §. 9. numero 13. & noster Gomez. in l. 45. Tauri, numer. 138. Stephanus Gratianus disceptationum forensium, tomo 4. cap. 731. numer. 25. & plures referens Fusarius de fideicommissis, quæstion. 611. num. 12.

An autem fideicommissarius sit legitimus contradictor, si hæc ex agat remedio dicte legis finalis, vide Menochium, dicto remedio 4. numero 630. & sequentibus. Crassum in §. fideicommissum, quæst. 42. num. 5. Surdum decis. 333. & plures referens Fusarium de fideicommissis, quæst. 613. ubi negativè resolvit hanc quæstionem, & eam declarat, & limitat.

33 Ad num. 31. ibi. Substituit aliquem copulativè, &c.

Pro exornatione hujus quæstionis, & materia vide quæ diximus supra, capite 3. in additione ad numer. 7. ubi eadem difficultas pertractatur.

34 Ad num. 31. ibi: Magistratibus, & resolutivè dico, &c.

Occurrit in præsentia materia celeberrimi text. in lege cum avus, ff. de conditionibus & demonstracionibus, simulque leg. cum acutissimi, Cod. de fideicommissis cum quibus concordat text. in leg. 10. titul. 4. partia 6. de quorum exornatione, & intellectu præter ordinarios in dictis locis, & Gregor. Lopez in d. l. 10. videndi sunt Tiraquel. in l. si unquam, C. de revoc. donationibus, verbo, Libertis, num. 26. ubi ex numer. 63. agit an sit favorabilis, vel exorbitans materia, dictorum textuum; Costa, in cap. si pater, verbo, Si absque liberis, & verbo, Defunctis ante tempora numero 4. ubi an substitutus debeat probare sine liberis decessisse institutum? & resolvit quod non, etiam in casu quo liberis habuerit gravatus, qui simul cum eo mortui sunt; latè Padilla in dicta leg. cum acutissimi, omnino videndus Covarruvias in cap. 38. practicarum, num. 11. Marienzo in l. ge 5. titul. 7. glossa 6. num. 1. Molina de primogenitis, lib. 3. cap. 5. num. 31. Ofsualdus ad Donellum, lib. 8. cap. 31. in notatis, lit. I. ubi laudat rationes à nostro Gomezio consideratas. Azeved. in leg. 11. titul. 6. num. 27. 18. & 30 lib. 5. Recopilat. & ibi Marienzo glossa 4. ex num. 7. Mantica de conjecturis ultimarum volunt. lib. 5. tit. 12. n. 13. & titul. 13. num. 39. & 41. & lib. 10. tit. 7. & sequent. Burgos de Paz conf. 29. num. 9. & 45. Spino in speculo, gloss. 14. ex num. 120. Fachinæus lib. 4. controversiarum, cap. 58. cum pluribus sequent. Pinellus leg. 3. Cod. de bonis maternis, n. 26. Menoch. lib. 4. presump. 89. per totam. ubi latissimè materiam explicat Antonius Gabriel, tit. de fideicommissis, concl. 2. ubi per ampliationes, & limitationes totam hanc materiam resolvit Chassaneus in consuetudinibus Burgundia, rubrica 4. 8. 5. num. 4. & optimas remissiones ad dictas leges concegit Alphanus in

suus collectaneis, num. 200. & assertiones octo ponit Castillo post tractat. de usufructu. D. Joseph Vela dissertatione 11. num. 101. ubi an hæc conditio intelligatur etiam in vulgari? de quo etiam Menoch. sup. ex num. 126. ubi etiam quid in aliis substitutionibus. Cancercius variat. 1. part. cap. 1. num. 81. & sequ. Joannes Gratianus regula 219. Parladourus tom. 3. quotidianarum, differentia 147. §. 1. Thomas Sanchez in summa lib. 7. cap. 16. Tufchus lit. S. conclus. 843. & seq. & omnium litissimè Fusarius de fideicommissis, quæst. 393. ubi ampliat, & declarat. & quæst. 394. ubi quod dicta conditio non subintelligitur in extraneo gravato, & quæst. 395. ubi quod etiam non subintelligitur si amicus sit gravatus, contra opinionem plurium Doctorum: & quæst. 396. ubi quod similiter non subintelligitur dicta conditio in uxore fideicommissio gravata, contra alios; & quæst. 397. ubi quod nec intelligitur dicta conditio, si frater, vel consanguineus gravatur; & quæst. 398. ubi quod nec intelligitur in ascendentibus gravatis, contra alios; ubi etiam limitat: & quæst. 399. an in omnibus descendentibus gravatus debeat dicta conditio, & quæst. 400. an in dicta substitutione fideicommissaria subintelligatur conditio: Si decesserit sine fratre: & resolvit quod non: & in duobus quæstionibus sequentibus probat, quod unus filius facit eam dechere, & quæst. 402. ex num. 125. ubi quod femina facit dechere conditionem tacitam, Si sine liberis decesserit: & ampliat, & limitat usque ad finem quæstionis. Larrea decis. Granatensis, 33. num. 48. n. 104. & seq. ubi Anton. Fabrum r. prehendit in hac materia. & decis. 51. numer. 29. cum vide & Molinam de justitia, t. m. 1. disp. 190. per totam.

Ibi: Confirmatur ista decisio per text. singularem, & unicum, in l. si unquam, Cod. de revocandis donationibus, &c.

De materia hujus text. dicemus, Deo dante in 2. tom. cap. de donationibus.

Ibi: Secundo confirmatur per textum singularem in l. tale patrum, §. finali, ff. de patris &c.

Ad le Ofsualdum eundem textum ad luculentem lib. 8. dicto cap. 31. lit. I. & lib. 22. cap. 4. in notatis litera A. Costam de majoratui Regia Corone, num. 31. Barbofam in l. si cum de om. ff. soluto matrimonio, num. 13. qui dictum text. exornant, & Anton. Gabriel lib. 6. commun. conclus. 10. titul. de regul. juris, Cevallos quæst. 905. num. 44. & latissimè Castillo lib. 4. controversiarum, cap. 11. per totum.

Ibi: Ex quibus juribus infertur, &c.

Quod renuntiatio filij in bonis patris habentis alios filios, intelligatur, & habeat tacitam conditionem, si alij filij superviant, probant Tullus Fernandez in l. 6. Tauri, n. 45. Covarruv. in cap. quavis pactum, 1. part. §. 3. num. 4. & hos, & alios referens, & laudans notitiam Gomez. Gutierrez in eodem cap. quavis pactum, verb. Omnino servari debetis, num. 14.

Ibi: Quod notabiliter, extende, &c.

Sive extraneo, sive alteri filio debeat fieri restitutio, procedit dicta restitutio: Ofsualdus dicto cap. 31. tit. I. lib. 8. Costa in l. qui duos §. cum bello, verb. Agnati, n. 7. latè Tiraquel. in l. si unquam verb. Conatione largitus, n. 294. Mantica de conjecturis ultimar. volunt. lib. 10. titul. 7. num. 2. Padilla in dict. l. cum acutissimi, num. 3. & alij plurimi relati, & secuti à Menoch. de presump. 89. num. 119. Spino in speculo gloss. 14. principali,

principali, num. 122. Antonius Gabriel d. conclus. 2. tit. de fideicommissis, num. 11. Marienzo l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. gloss. 4. num. 8. Molin. de justitia, tom. 1. disp. 109. num. 6. ubi ampliat Tufchus litera S. conclus. 843. num. 6. Fusarius d. quæst. 393. ex n. 72. amplians & declarat.

Ibi: Ex quo infero singulariter, &c.

Filius gravatus restitutione secundum legem 27. Tauri, quod intelligatur; Si sine liberis decesserit, ut advertit noster Gomezius, docent Azevedus in l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopilationis, n. 27. & ibi Marienzo gloss. 6. num. 6. & 7. & Angulo ibidem gloss. 6. n. 6. & 7. nec capio rationem dubitandi hic consideratam per Suarez in suis annotationibus, lit. P. cum ex gravamine per patrem filio imposto in Tertio, secundum d. l. 27. Tauri, non colligatur liquidò (ut ipse Suarez dicit) voluntas ejus contraria, & sic optime videtur adaptari decisio l. cum avus. cogita, & vide Molinam de justis, tom. 1. disp. 190. num. 24.

Ibi: Sexto extende, &c.

Quod dicta conditio intelligatur etiam si filius naturalis tacitum gravetur restituere; adde Mantica de conjecturis ultimarum volunt. lib. 10. titul. 7. num. 12. Menochium presump. 89. num. 21. ubi ait aliud esse in spurio secundum Padillam in d. l. cum acutissimi, n. 13. & Suarez allegat. 27. num. 12. Anton. Gabriel. tit. de fideicommissis, conclus. 2. num. 2. & 4. Et quid si filius naturalis gravatus sit legitimatus, vide Menoch. ibidem ex num. 22. vide etiam Fusarium d. quæst. 393. ex num. 17.

Ibi: Septimo extende, &c.

Adde cum multis quos allegat Anton. Gabriel titul. de fideicommissis, conclus. 2. num. 16. Tiraquel. in leg. si unquam, verbo, patronus, num. 1. & latè Mantica de conjecturis, lib. 10. titul. 7. num. 14. Costam in cap. 6. pater, 1. parte, verbo, Si absque liberis, num. 5. Padillam in l. cum acutissimi, n. 15. & alios relatos à Menochio dict. presump. 89. num. 46. & sequent. ubi eruditè loquitur, & Fusar. d. quæst. 393. num. 31.

Ibi: Octavo extende, &c.

In legato particulari locum etiam habere dicitur l. cum avus, probant Guillelm. Benedict. in cap. Raynatus, verbo, Si absque liberis moreretur, l. 1. n. 2. & 15. & plures referens Tiraquel. in d. l. si unquam, verbo, Omnia, vel partem aliquam, C. de revocandis donationibus, num. 3. Mantica de conjecturis, lib. 10. titul. 7. num. 15. & melius Menoch. dict. presump. 89. num. 134. ubi & numeris sequentibus declarat, hoc non procedere, si pater instituit filium in omnibus bonis, vel majori parte eorum, & cum gravavit restituere rem unam non magni valoris, Antonius Gabriel dicta conclus. 2. titul. de fideicommissis, num. 8. & sequent. Molina de justitia, tomo 1. disp. 190. num. 36. vide Fusarium, dicta quæst. 393. ex num. 8.

35 Ad num. 33. ibi, Extende ut procedat, &c.

Non solum in institutione, vel legato, sed etiam in donatione causâ mortis procedere dispositionem dicte legis, cum avus, ut hic resolvitur, docent Tiraquel. in l. si unquam, C. de revocandis donationibus, verbo, Donatione largitus, num. 250. Mantica de conject. lib. 10. tit. 7. num. 10. & receptum dicit Menochius d. presump. 89. num. 150. referens Costam, Covarruviam, Padillam, & alios, Anton. Gabriel d. conclus. 2. tit. de fideicom. num. 19. & plures referens Fusar. dict. quæst. 393. n. 47.

Ibi: Et notabiliter extende, &c.

Procedit etiam dicta lex, sive filij sint nati, vel concepti post mortem testatoris, ut docet Ofsualdus, dicta cap. 31. lit. I. lib. 8. & Gregorius in l. 10. tit. 4. part. 6. glossa 8. quæst. 3. & comprobatur ex adductis supra, cap. 1. in additione ad num. 11. & facit ut adducta per Fusarium de fideicommissis, quæst. 318. ex num. 10. & sequent. qui omnino videndus est per totam quæstionem, ubi latissimè agit, an filij, descendentes, agnati, vel cognati, non nati, vel concepti tempore eventus conditionis, seu casus fideicommissi, ex præsumpta mente testatoris ad successionem fideicommissi admittantur? & Menochius lib. 4. presump. 93. per totam, & Mandellus consilio 106. latè.

Ad num. 34. ibi, Etiam si pia causa, &c.

Quod dicta l. cum avus, procedat, etiam si Ecclesia vel pia causa sit substituta, communis est resolutio, ut docent plures relati à Tiraquel. in dict. l. si unquam, verbo, Libertis, num. 80. & 85. Tufchus conclus. 843. n. 7. lit. S. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 10. tit. 7. num. 3. 4. & sequent. Valdes, in additionibus ad Suarez in l. quoniam in prioribus, in declaratione l. Regni, limitatione 1. Costa in cap. si pater, 1. parte, verbo, Si absque liberis, num. 17. Antonius Gabriel. titul. de fideicommissis, dicta conclus. 2. num. 14. & 15. Pinell. Padilla, & alij multi congesti à Menoch. dicta presump. 89. num. 124. ubi num. 125. limitat non habere locum dictam resolutionem, si agatur de re aliqua particulari non multi valoris; vel quando testator reliquit piæ causæ pro male ablatis, & pro exornatione conscientia; Gregorius in l. 10. tit. 4. part. 6. gloss. 8. quæst. 1. & latissimè ferè infinitos referens Fusar. de fideicommissis, quæst. 393. n. 55. & sequent. ubi disputat hanc quæstionem, & respondet contrariis, & eam limitat, & Molina de justis, tom. 1. disp. 190. num. 27. necnon Sanchez in summa, lib. 7. cap. 16. num. 84.

Ibi: Etiam si talis filius vel descendens gravatus ingrediatur monasterium, &c.

Quod Monasterium habeatur loco filij & substitutum excludat, ut docet Gomezius probat Mantica de conjecturis, lib. 11. tit. 7. Caldas, in l. si curatorem, §. hunc contractum, ex num. 31. Costa in cap. si pater verb. Si absque liberis, numero 21. Thomas Sanchez in præcepta Decalogi, lib. 7. c. 26. per totum, maxime num. 81. Spino in speculo testamentorum, glossa 14. principali, ex num. 125. Alvarado de conjectur. mente defuncti, lib. 2. c. 3. ex num. 1. Cancercius var. 1. part. cap. 24. ex num. 22. & alij ferè infiniti quos congruent in suis collectaneis Cenedus & Barbofa, in cap. in presentia, de probationibus, & eadem Barbofa de nominibus appellativis, verb. Filius, ex num. 117. apud quos plures limitationes, & declarationes reperies, Fusarius de substitutionibus, quæst. 428. num. 121. quod ipse & reliqui declarant procedere, quando Monasterium est capax successionis, aliàs fecis.

Licet plures ex supra dictis velint dictam resolutionem solum habere locum, quando conditio, si sine liberis decesserint, est expressa, non verò, si tacita, ex d. l. cum avus, & cum eis Molina de justitia, dict. disp. 190. num. 35. & hæc verior est contra doctrinam nostri Gomezij, ut apparet ex allegatis, apud quos etiam videri potest an Monasterium habeatur loco filij, & maxime apud Barbofam.

Limitant autem quam plurimi supradictam resolutionem

soluionem præterquam si pia causa sit substituta, tunc enim non excluditur per Monasterium, ut docet ferè infinitis referens Barboia de nominibus appellativis, verbo, Filius, n. 138. & præcipue id docet Thomas Sanchez dicto cap. 16. numero 34. ubi etiam ait non admitti causam piam substitutam usque ad naturalem mortem gravati professi, & quod interim Monasterium habeat bona, de quo latissime Fusarius q. 430.

Et circa prædictam resolutionem, nempe substitutum excludi, si profiteatur in Religione descendens institutus, quando substitutio facta fuit sub expressa conditione, si sine liberis decesserit, vide plures declarationes, & limitationes per Fusar. dicta quest. 429. & per Sanch. dicto cap. 16. & Barboiam dicto verbo, Filius, in tractatu de nominibus appellativis, ex num. 129. ubi tringenta & duas limitationes adducit, eos vide, qui alios plures referunt.

37 Ad numerum 35. ibi: Et breviter & resolutivè &c.

Dicta lex cum avus, non procedit in hærede extraneo gravato, ut hic resolvitur; ita docent Tiraquel. in l. si unquam, verbo, susceperit liberos, num. 166. ubi etiam concludit contra Barbatiam, nec etiam habere locum in fratre, & ejus filio; Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 8. numer. 25. Menochius, dicta præsumpt. 89. lib. 4. num. 20. 55. & 56. ubi etiam quod nec in fratre procedit, Antonius Gabriel, dicta conclus. 2. tit. de fideicommissis, num. 54. Matienzo in l. 11. tit. 6. lib. 5. glossa 4. num. 8. Tulchus, lit. S. conclus. 843. num. 8. & plurimos referens Fusarius de substitutione, quest. 394. ubi num. 2. & in quest. 395. numero 32. & sequent. disputat quid si cum extraneo esset institutus filius, & in hoc duas opiniones contrarias refert, & tandem resolvit dictam conditionem tacitam habere locum in filio, non autem in extraneo.

Ibi: Imò quod magis est, &c.

Dictam legem non habere locum in ascendentibus institutis, communis est resolutio; & pro ea videndus est Tiraquel. in dict. l. si unquam, verbo, susceperit liberos, num. 266. Mantic. de conjectur. lib. 10. tit. 8. num. 24. Costa in cap. si pater, 1. part. verbo, si absque liberis, num. 6. Suarez in l. quoniam in prioribus, ampl. 16. num. 4. & ibi Valdesius, & plures referens Menochius, dict. præsumpt. 89. numero 54. ubi hanc conclusionem aliquibus modis declarat, Cevallos quest. 637. Antonius Gabriel, dict. conclus. 1. tit. de fideicommissis, n. 47. & seq. ubi etiam declarat, Azevedus in l. 11. tit. 6. lib. 5. recopil. num. 30. Molina de justitia, tomo 1. disp. 190. num. 3. Fusarius de fideicommissis, quest. 398. ubi num. 4. limitat præterquam si ex aliquibus conjecturis constaret filium testatorem noluisse gravare ascendente institutum, nisi decederet sine filiis, quia tunc debet subintelligi dicta conditio ex Menochio dict. præsumpt. 89. numero 54. versic. Caterum, & aliis.

38 Ad num. 36. ibi: Sed certè in puncto juris prima opinio est verior, &c.

Dispositionem l. cum avus, non procedere, si testamenti tempore hæres gravatus habebat filios quos testator sciebat, ut verior opinionem sequitur nosster Gomezius, & plures pro ea allegat, Tiraquel. in l. si unquam, verbo, filios non habens, n. 18. & comprobari potest ex iis que ipsemet Author adducit in præfatione,

n. 65. & 73. plures etiam refert Gabriel, dicta conclus. 2. tit. de fideicommissis, n. 37. Mantic. lib. 10. tit. 7. n. 16. licet ipse aliam distinctionem sequatur, nempe quod si testator aliquid reliquit a filio nepoti, & alteri voluerit hæreditatem restitui, tunc substitutus non excludatur; secus aliis: & in summa, ipse magis videtur inclinare in alteram sententiam contrariam nostro Gomez. eum tamen sequitur Padilla, in dicta l. cum acutissimi, num. 19. Costa in cap. si pater, 1. part. verbo, Si absque liberis, n. 9. & alij etiam relati a Menochio dicta præsumpt. 89. num. 79. licet ipse & Fachinæus, lib. 4. cap. 59. contrariam sententiam tueantur adversus nostrum Gomezium; & denique in hac questione, contrariam etiam opinionem sequitur Fusar. dict. quest. 391. num. 100. qui n. 99. plurimos pro Gomezio refert, ita ut sit communis contra communem, & num. 101. & seq. sex declarationes adducit, in quibus substitutus non excluditur in opinione contraria.

Ad num. 37. ibi: Et breviter, & resolutivè 39 dico, &c.

Gravatus si quis fuerit restituere in vita purè, vel post certum tempus, quod non habet locum dispositio text. l. cum avus, tenent Mantic. de conjecturis, lib. 10. tit. 8. num. 5. Costa in cap. si pater, verbo, si absque liberis, num. 12. Antonius Gabriel, dicta conclus. 2. tit. de fideicommissis, numero 42. Suarez in Thesauru receptarum, verbo, Fideicommissarius, & alij plures relati a Menochio dicta præsumpt. 89. num. 137. Matienzo in l. 11. tit. 6. lib. 5. recopil. glossa 4. num. 9. ubi num. 10. cum Tello Fernandez & aliis limitat, præterquam si ex alia causa culpa possessoris propter alienationem ab eo factam contra prohibitionem meliorantis iustus sit alteri restituere, nam si alienaverit, auferetur ab eo melioratio, & tradetur ejus filio, locum eo casu habente prædicta conditione, si liberos non habuerit; eum vide & Fusarium dicta quest. 393. num. 90. & seq. ubi quam plurimos Doctores refert, & Molinam de justitia, tom. 1. disp. 190. num. 5.

Ad num. 38. ibi: Et sine dubio teneo quod non, 40 &c.

Certissimum est in jure, quod si apponatur conditio, si sine filiis masculis decedat, non admittantur feminae, ut hic docet nosster Gomezius; & ita etiam docent Mantic. de conjecturis lib. 10. tit. 8. num. 10. Menochius dicta præsumpt. 89. num. 97. & ibi num. 106. asserit non habere locum dictam l. cum avus, in filia excluda à statuto existentibus masculis, Alvarado de conjecturata mente defuncti, lib. 3. cap. 3. §. 4. numer. 35. Molina de primog. lib. 3. cap. 5. num. 31. & in fortioribus terminis, Fusarius de fideicommissis, d. quest. 393. num. 122. ubi dicit, quod si testator instituit filios masculos, & descendentes ab eis masculos, quibus deficientibus substituat feminas in vita, & eis postea substituat fratrem, tunc si femina fuerint admittæ ob deficientiam masculorum, licet ipsæ habeant filios, tamen hi non censentur vocati, ad exclusionem fratris substituti; eum vide, & Molinam de justitia, tom. 1. disp. 190. num. 21.

Ad num. 39. ibi: In quo articulo breviter, 41 & resolutivè distinguo, &c.

In controversia est distinctio nostri Gomezij in præsentem, ut videri potest per Menochium dicta, præsumption. 89. num. 115. ubi ad litteram refert

refert distinctionem, & doctrinam Socini in dict. leg. cum avus, Antonium Gabriel, dict. conclus. 2. tit. de fideicommissis, ex num. 20. Azevedus in l. 11. tit. 6. lib. 5. recopil. n. 26. ubi contra tenet, & Molinam de justitia, tom. 1. disp. 190. num. 22. ubi refert dictam distinctionem: & tandem præsentis arbitrio eam remittit: & Fusarium de fideicommissis, dict. quest. 393. num. 79. & 80. quos vide.

Ad numerum 40. ibi: Sed certè in puncto juris, &c.

Quod si conditio, si sine liberis decedat, sit expressa vel testatorem, admittatur naturalis, cum distinctione, text. in leg. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebellian. si autem dicta conditio sit tacita, tunc indistinctè filius naturalis ex filio gravato nunquam excludat substitutum, ut resolvitur, & docent plures relati à Tiraqu. in leg. si unquam, verbo, susceperit filios, num. 36. & seqq. Meneses in leg. cum acutissimi, Cod. de fideicommissis, num. 30. Covarruv. in prædictis, cap. 38. num. 4. vers. Tertio ad intellectum glossa, & cum eo transire videtur Azevedus in l. 15. tit. 6. lib. 5. recopilat. num. 29. quamvis postea in l. 8. tit. 8. num. 16. ex eisdem Autoribus contrariam colligere videatur. Antonius Gabriel, tit. de fideicommissis, dict. conclus. 2. num. 6. Petrus Gregorius in Synagm. lib. 42. cap. 30. n. 3. Menochius dict. præsumpt. 89. num. 99. & præsumpt. 78. numero 71. & quamplurimos referens Fusarius de fideicommissis, quest. 405. num. 3. ubi num. 4. ait non recedendum ab hac opinione in judicando, quamvis multi ibi relati doceant nullam faciendam distinctionem, an tacita vel expressa sit dicta conditio: eum vide, quia latissime, ut solet, materiam profertur, & Spino omnino videndus in speculo, gloss. 14. num. 130. & Molinam de justitia, tom. 1. disputat. 190. ex num. 9. ubi nullam distinctionem facit tacita & expressæ conditionis, & exclusionem naturalis, vel ejus admissionem præsentis arbitrio remittit. Et vide etiam Fachinæum lib. 4. cap. 52. & 60. & Osualdum lib. 8. cap. 35. in notatis, litera G. Moriam in emporio, tit. 9. quest. 12. Anayam, l. 1. observation. c. 12. num. 30.

Quid autem in filiis legitimatis, Tiraquellus supra, & Cevallos quest. 2. num. 28. Gutierrez in repetit. §. sui, num. 169. ubi de legitimatis in articulo mortis per subsequens matrimonium, de quo etiam Fachinæus, lib. 4. cap. 55. & Fusarius de fideicommissis, quest. 405. & multos sequentibus, ubi de spurio, vel legitimo, vel nato ex matrimonio putativo, vel clandestino, monstruoso, posthumo, & nato secto ventre. Et de adoptivis seu arrogatis, quod non excludant substitutum, Mantic. de conjecturis, lib. 10. tit. 8. ex num. 18. Menochius dict. præsumpt. 89. lib. 4. ex num. 31. & 104. ubi declarat, & Fachinæus, lib. 4. controvers. cap. 58. Spino gloss. 1. principali, num. 14. Gregorius in l. 10. tit. 4. part. 6. gloss. 8. quest. 3. & Fusarius supra.

Ad numerum 41. ibi: Et breviter, & resolutivè dico, &c.

Filios, qui in vita gravati mortui sunt, non excludere substitutum, secus si post ejus mortem, ut distinguit nosster Gomezius, docent Menochius dict. præsumpt. 89. num. 113. & præsumpt. 69. Gregorius in l. 10. tit. 4. part. 6. gloss. 8. quest. 4. Tulchus littera S. conclus. 847. ubi imitat, præterquam si substitutio fiat hoc

modo, deficientibus filiis, quia tunc quandoque decedant, etiam post mortem gravati verificatur conditio, Grassus, §. fideicommissum, quest. 53. num. 13. Mantic. de conjecturis, lib. 11. tit. 6. num. 6. Fusarius de fideicommissis, qu. 414. ubi ponit diversas formulas hujus conditionis, & lex casus distinguit, cum Menochio & Mantic. ubi supra, & quest. 417. ubi plures refert, & num. 2. limitat, quando per testatorem, non tam conditionis implementum, quam conditionis effectus fuit consideratus, tunc enim si filij mortui sunt statim post mortem gravati, non excludunt substitutum, eum vide ibi. Et quest. 416. ubi disputat quid si simul pater gravatus & filius moriantur, & tres casus distinguit eum Menochio lib. 6. præsumpt. 50. Et præter citatos vide etiam de dicta resolutione nostri Gomezij, & interpretatione text. in leg. ex facto, §. si quis autem, in quo fundatur Covarruv. lib. 2. variarum, cap. 7. num. 6. Spino in speculo, gloss. 23. num. 26. Costam in leg. qui duos, §. cum in bello, ex num. 1. & de Majorum bonorum parimonialium, num. 26. & Suarez conf. 10. ex num. 42.

Ibi: Dubium tamen est notabile, &c. Partum non naturalem nequaquam infringere substitutionem, probant latissime Tiraquellus in leg. si unquam, verbo, susceperit filios, ex num. 205. ubi agit de partu naturali ex sententia Philosophorum, & aliis, Mantic. de conjecturis ultimæ volunt. lib. 11. tit. 6. num. 10. Menochius dict. præsumpt. 89. num. 111. Gregorius in l. 10. tit. 4. part. 6. gloss. 8. in fine, Fusarius de fideicommissis quest. 417. num. 3. & quest. 418. quasi per totam, & adde quæ diximus supra, cap. 1. in additione ad numerum 7.

Ad numerum 42. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Filios natos ex filio gravato non censerit vocatos per testatorem, nec tacite substitutos, & per consequens bona esse libera, & non subiecta restitutioni, ut docet Gomezius in præsentem, probant Suarez receptarum sententiarum, verbo, Hæres, Mantic. de conjectur. lib. 10. tit. 7. num. 11. Bernardus Diaz, regul. 739. Antonius Gabriel, tit. de fideicommissis, dict. conclus. 2. num. 85. Alvarado de conjecturata mente defuncti, lib. 5. cap. 1. num. 6. Menochius lib. 4. præsumpt. 76. num. 69. & præsumpt. 89. in fine, & multos referens, & receptissimam dicens sententiam, Fusarius de fideicommissis, quest. 457. num. 1. ubi etiam latissime agit an positi in conditione expressa, si sine liberis decesserit, sint vocati, & in questionibus sequentibus totam materiam amplissime explicat; & conferunt quæ supra diximus, cap. 3. in additione ad num. 23. apud quos, & apud Cevallos, qu. 94. & Antonium Gabrielem supra, conclus. 4. materia hæc latissime disputatur, & afferuntur conjecturæ ex quibus vocati intelligantur per testatorem positi in conditione; quidquid contradicit Fachinæus lib. 4. cap. 52. & alij, de quo etiam vide Rotam apud Farinacium, 1. part. decis. 300. num. 7. & seqq. ubi etiam limitatur dicta resolutio, præterquam si adiant conjecturæ vocationem inducentes; eos vide.

Ibi: Septimo facit, &c.

De interpretatione text. in l. ex facto, §. ex facto, ff. ad Trebell. Vide Sarmient. in l. selectorum, §. & quid si tantum, n. 60. Manticam de conject. lib. 11. tit. 7. ex num. 3. Anayam lib. 1. observationum, cap. 12. Pichardum in l. Gallus, d. §. &

quid si tantum, cap. 7. num. 140. Fachinæum l. 4. controuers. cap. 51. Costan in cap. si pater, verb. Si absque liberis, num. 43. iterum Amayam l. 1. C. de panis fiscalibus, l. 110. n. 28.

45 Ad numerum 43. ibi: Sed certe in hoc dubio, &c.

Vocatos & substitutos uideri filios & descendentes in materia de qua agimus, ex eo quod sunt gravati per testatorem, ut concludit noster Gomezius, præterquam quod probatur ex iis quæ diximus supra, cap. 3. in additione ad n. 23. ubi latè fuit resolutum aliquando ex conjecturis induci uocationem, & nominationem tacitam eius qui in conditione fuit comprehensus; probatur etiam ex eo; quia gravamen præsupponit gravatum honoratum fuisse, ut hic asseritur, & fundatur ex l. 3. tit. 9. part. 6. ubi Gregorius; & docent Paulus Leonius in tract. de substitut. rubr. de Compendiosa, num. 361. Decius consil. 182. & ita pro hac opinione, uide multos relatos per Clarum, quæst. 78. num. 1. ubi questione sequenti de aliis conjecturis agit, & per Ceuall. quæst. 277. & Antonium Gabriel. d. consil. 4. num. 17. titul. de fideicommiss. Mantica de connect. lib. 11. tit. 3. num. 2. & ferè infinitos referens pro opinione nostri Gomezij, quam ueritorem, & communiorè appellat Fusarius dicit. quæst. 437. ex num. 130. ubi num. 131. alios plures allegat pro contraria, & usque ad numer. 160. decem limitationes nostræ opinionis adducit, eum uideas, & Cancercium variar. 1. cap. 1. ex num. 78.

46 Ad numer. 44. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Prædictam l. cùm auis, habere etiam locum in contractibus lucrativis probat Tiraquell. in l. si nunquam, C. de reuocandis donationibus, uerb. susceperis liberis, numero 261. Covarruv. in practico, cap. 38. num. 12. Pasilla, in dict. l. cum acuisissimi, num. 11. & cum aliis Menochius, d. presump. 89. num. 152. Azeved. in l. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. num. 28. Matienz. ibid. glof. 4. num. 7. Gregorius Lopez in l. 10. tit. 4. part. 6. uerb. Alguen testador, Molina de iustitia, tom. 1. dict. disp. 190. num. 31. ubi ait dictam resolutionem non procedere in contractibus qui lucrativi non sunt, sed onerosi, ut in emptione, emphyteusi, & aliis similibus; & plures referens Fusarius de fideicommissis, d. 9. 393. numero 50. Antonius Gabriel dict. consil. 2. n. 61. tit. de fideicommissis.

Adde quod prædicta conditio, si sine liberis decedat, apposta filio gravato, evanescit si filius cum liberis decedat, quamvis liberi postmodum absque liberis de cedant; præterquam, si testator habuit uoluntatem conservandi bona in agnatione: ita cum multis probat Fachinæus, lib. 13. controuers. cap. 25. de quo latissimè, & plurimos referens, declarans, & limitans, uidentur esse Fusarius de fideicommissis, quæst. 480. per totum.

Non possum non mirari omisitisse nostrum Gomezium in hoc capite, materiam text. in authent. res que, C. de communiis de legatis, & fideicommissis, idèd eam breuiter, & remissivè adducam; & ad dictam authententicam uidentur sunt Suarez in leg. quoniam in prioribus, in declaratione leg. Regni, limitatione 2. num. 11. ubi plures refert Valdesius, Menochius de arbitrar. casu 149. & casu 460. ex num. 7. ubi an hic textus in matre procedat, & casu 182. ubi an necessitas, de qua in hoc text. debeat esse iusta, Baeça de dote, cap. 1. num. 15, & quæst

per totum, & cap. 8. & cap. 14. num. 2. ubi quid pro dote ad ingressum religionis, & cap. 17. numer. 5. & 18. an ob remunerationem meritorum, Caldas in leg. si curatorem, §. lesis, n. 13. & 15. Molina de primogeniis, lib. 4. cap. 6. quæst. per totam, & cap. 7. Ceuallus quæst. 743. Castillo leg. 17. Tauri, uerb. Semegante, ubi quid pro expensis ad studium, Fachinæus lib. 4. cap. 47. ubi quid pro restitutione dotis & cap. 48. & lib. 7. cap. 78. Alvarado lib. 1. cap. 2. §. 2. numer. 108. Menochius de arbitrar. casu 182. & latissimè presump. 189. lib. 4. cum multis sequentibus. Cancercius variarum 1. part. cap. 9. num. 164. & 166. 182. & 197. Quid si soluto matrimonio, dos redeat ad fideicommissarium, an incidat in fideicommissum Gregorius l. 10. titul. 26. partura 4. glof. 5. quæst. 43. Surdus in tractatu de alimentis, titul. 1. quæst. 27. num. 4. & 6. quæst. 31. num. 14. & titul. 6. quæst. 8. & quæst. 12. num. 11. & 17. & titul. 7. quæst. 37. & titul. 4. quæst. 9. n. 39. & titul. 8. privilegio 19. & 51. & titul. 9. quæst. 8. Item Surdus de off. 62. Gratianus disceptat. forens. cap. 43. num. 27. ubi de impositione census, seu seruitutis, & tom. 2. cap. 229. ubi an pro restitutione dotis faciendi uxori filij, alienentur bona fideicommissi materni, & tom. 5. cap. 832. ex num. 31. & cap. 984. num. 8. ubi de satisfactioe dotis promissæ ad uero sine uxori iuueni, iterum Alvarado lib. 4. cap. 1. ex numero 49. utrum hoc jus transferat ad heredes, Barbosa in l. 1. ff. solus matrimonio, 4. part. num. 12. & an procedat in donatione propter nuptias, num. 15. & 16. ibidem; & an in majoratu, num. 131. & 7. part. num. 29. ubi de causa studij, §. 18. eodem tit. 2. parte, num. 10. ubi de rebus restitutioni subiectis per uiam contractus. An hic text. cesset propter donationem fidei iussoris, idem Barbosa in leg. si constante, eodem titul. num. 109. & in leg. usufructu, ibid. numer. 26. ubi alia, & ibi de rebus emphyteuticis, vel feudi, an in eis habeat locum hic textus? An procedat pro interesse, & uluris; Guzman in tractatu de evictionibus, quæst. 13. numero 53. plura Burgos de Paz consil. 9. ex num. 10. usque ad finem, & ante omnes Fusarius de fideicommissis, quæst. 531. & sequentibus. ubi alios plures refert, & omnes difficultates profequitur, Salgado in labyrintho, part. 2. cap. 4. ex num. 53. post Nogueroi allegatione 40. ex num. 37. & an possit alienatio fieri pro liberando se in causa criminali, Castillo in leg. 4. Tauri, quid pro fundatione Ecclesiæ, Gregorius leg. 1. titul. 15. partita 1. glof. 4.



CAPUT VI.

De substitutione exemplaris.

SUMMARIUM.

- 1 Quando possit fieri Substitutio exemplaris, & quomodo designatur?
2 Substitutio exemplaris, an possit fieri fatuo?
3 Substitutio exemplaris, an possit fieri mutus, & surdo?
4 Substitutio exemplaris, an possit fieri p. oigo, cui bonis interdicitum est?

- 5 Mutus & surdus, an possit facere alios contrahens.
6 Exemplaris substitutio, quibus personis fieri possit.
7 Exemplaris substitutio, an possit fieri per patrem filio habenti matrem.
8 Substitutio facta filio impuberi & furioso, an censetur papularis vel exemplaris.
9 An mater qua transiit ad secunda uota, possit hanc substitutionem exemplarem facere.
10 An filius, vel descendens possit facere hanc substitutionem exemplarem pro patre, vel ascendente furioso.
11 Substitutio exemplaris filio perueniente ad suam mentem, an evanescat, & quid si filius iterum in fatia.
12 Substitutio papularis facta filio impuberi sanæ mentis an contineat tacitam exemplarem, si filius ex post facto efficiatur furiosus.
13 Si pater aut mater substituant exemplariter filio, & dederint duos filios substitutos, quis substitutus preferatur.

Substitutio exemplaris quid sit.

Furiosus quis.

Quid in fatuo.

ALIA est substitutio exemplaris, quæ fit & habet locum, quando pater vel mater, avus vel ascendens, servata tamen gradus prærogativa, habet filium, nepotem, vel descendentem furiosum, vel mente captum, cui deficit omnino sensus, & iudicium ad testandum. Et propriè furiosus est, qui omnino est privatus intellectu, & habet rabiem furoris, adeo quod si dimitteretur, sciret in se, & in alios, ut in l. Divus, de esse. mente captus uero est, qui caret intellectu, & tantum habet mentem oppressam, sine offensa alterius. Ita Olofred. in d. l. cum humanitatis 1. colum. Bald. 3. colum. num. 5. Angel. & Jas. 2. colum. Idem in l. furiosum, Cod. qui testam. fac. poss. 2. Bald. in l. furiosus, Cod. de nupt. cujus distinctio potest esse: Substitutio exemplaris est quæ tam substitutio directa, quæ a l. exemplum papularis providet ei qui propter mentis defectum testari non potest, secundum Imol. in d. l. ex facto, & Franc. de Ripa num. 14.

Quid autem sit in fatuo & demente? dico breuiter, & resolutivè, quod fatuus est fatuus, quod omnino careat sensu & intellectu, non potest testari, & per consequens, ei potest fieri substitutio exemplaris, quia tunc nihil differt à mente capto, ut in dictis iuribus: si uero habet aliquem sensum & intellectum, licet non perfectum & integrum bene potest testari, & ei non poterit fieri substitutio exemplaris. Ita probat textus in l. 2. ff. de postulando, & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores, textus in l. habimus 6. fin. cum seq. ff. de privi. cred. Confirmatur etiam quia licet pubes, vel adultus post 14. annos non habeat perfectum & integrum sensum, & iudicium, & non possit alienare, nec esse in iudicio: tamen bene potest testari, quia sufficit habere sensum, & intellectum, licet non ita plenum & integrum, sicut alij sagaces & majores, ut in l. que aate, ff. de testam. & in l. si frater, C. qui testam. fac. poss. cujus pulchra uerba sunt: Licet vigor nondum emerisset vestigia, & ibi communiter Doctor. ergo ita dicamus in proposito, quod fatuus, licet non sit ita sapiens vel sagax, licet alter homo, potest testari, & ei non potest fieri substitutio exemplaris. Et in terminis, licet non sic declarat, ita tenet Joan. Fab. in §. præterea. In quibus m. d. non est permiss. fac. testam. & ibi sequitur Angel. & illud reputat singulare & Ant. Gomez. Variarum Resol. Tom. I.

non alibi scriptum a Jas. in d. l. ex facto inf. isto a tit. n. 41. quod tamen necesse debet intelligi modo prædicto.

Quid autem in mutus & surdo: & resolutivè dico, quod si est mutus & surdus à natura, non potest testari, & per consequens, bene potest ei fieri substitutio exemplaris. Si uero non est mutus & surdus à natura, sed casu & infirmitate, nunc aut antea sciebat scribere, tunc potest testari, & non potest ei fieri substitutio exemplaris: aut uero non sciebat scribere, & non potest testari, & per consequens potest ei fieri substitutio exemplaris, argumento text. ubi expressè probatur in l. discretis, C. qui testam. fac. poss. & ibi communiter Doctores.

Item etiam, quia est eadem ratio impedimenti, & in effecti ita tenet Bart. & idem tenet Alber. in rubr. huius tit. in materia exemplaris, post Guiliel. & Rayn. quos ipse allgar.

Item quæro, an prodigo, cui bonis est interdicitum, possit pater, mater, vel ascendens, substituere? & videtur, quod non: quia in illum casum ipse incidit sua culpa, & non debet gaudere legis beneficio, & lege non caveretur, & ita tenet Guilielmus in materia substitutionum, Alberic. in rubr. huius tit. in materia exemplaris substitutionis, Angel. in d. l. ex facto, infra eod. Idem Angel. in l. humanit. C. de i. n. p. ub. & alius 1. col. & ibi Pet. 5. colum. Cynus 2. colum. se l. teneas contrarium, imò quod possit ei substitui, Primò quia prodigalitas provenit à qua tam maxima dementia. Secundo quia impeditur contrahere & testari, & æquiparatur furioso, mente capto, & sibi datur curator, ut in leg. is cui, ff. de testam. & in leg. is cui bonis, de uerb. ob. 1. gat. & in leg. 1. Cod. de cura furios. cum similib. & ita tenet Bart. in d. l. ex facto 6. colum. n. 18. & ibi Imol. 8. col. Alexand. Jason, & communiter Doct. Bald. in d. l. humanitatis, antepen. col. & ibi Salicet in 5. Paul. Corn. Jas. Jacob. de S. Georg. Philippus Decius, & communiter Moderni. qui dicunt hanc esse magis communem opinionem.

An autem alios actus & contractus possit facere mutus & surdus? magistraliter & resolutivè respondeo, quòd modo sit mutus à natura, modo casu & infirmitate, si habet aliquem intellectum quem possit saltem exprimere signis, tunc bene potest facere actus & contractus, qui consensu & re ipsa & traditione perficiuntur, ut emptio & venditio, locatio, conductio, societas, depositum, commodatum, mutuum, & hodie donatio, modo fiat traditione, modo pacto, & promissione: b matrimonium, aditio hereditatis, consultatio procuratoris ad negotia, non ad iudicia, & similes actus. Ita probat text. in l. item qui aff. de pactis, textus in leg. qui id quod s. fin. ff. de don. text. in l. in quibuscunque ff. de act. & obi. text. in l. ubi non uoce ff. de reg. iur. text. in l. stipulat. §. fin. de uerb. oblig. text. in l. mutum ff. de acq. her. red. text. in l. mutus, ff. de iur. dot. text. in leg. mutus ff. de procurat. text. in §. fin. uersic. alio. In fine de hered. qualitat. & differ. text. in l. 1. tit. 11. 5. partita.

Si uero non possit exprimere signis, præsumitur omnino fatuus & demens, & ei debet dari curator, qui nomine suo omnia gerat, ipse autem de per se nullum actum & contractum facere potest, textus est qui sic debet intelligi, in l. 2. ff. de cur. furios. text. in l. 3. ff. de posthu. textus in l. 4. §. fin. ff. de privi. credit. textus in l. 1. uers. aque ff. de muner. & honor. textus singularis melior

Quid in mutuo & furioso.

Quid in prodigo.

Mutus & surdus quis contrahere potest.